



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Rervm Ecclesiæ alienationem quibus casibus facere poßit?
Allegatio XCV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

SYMMA RI VM.

- 1 Doctores referuntur de bonorum ecclesiasticorum alienatione tractantes.
- 2 Alienandi omnis modus etiam in casu licito, & servatis iuris solemnitatibus inconsulto Romano Pontifice locum regulariter prohibetur.
- 3 Ecclesiarum res ultra triennium locari, aut alienari non possunt.
- 4 Triennium infra quod permittitur Ecclesiarum res locari, est computandum ex tribus fructuum collectionibus.
- 5 Locatio rerum Ecclesie facta ultra triennium in totum vitatur, nec quoad triennium sustineri potest.
- 6 Dictio, omnino, omni ex parte alienationem comprehendit.
- 7 Negativa cum adiungitur dictioni, aliquid, etiam in qualibet minima parte verificatur.
- 8 Locationem rerum Ecclesie factam ad plures annos validam manere, quoad dictum triennium, qui temerint, ostenditur.
- 9 Emphyteusis concessa in quartam, vel quintam generationem, quoad tertiam permissam valida est.
- 10 Donatio facta absque insinuatione ultra quingentos aureos in excessu solum vitatur, & firma remanet in summa a iure permissa.
- 11 Concordantur predictæ opiniones sub distinctione.
- 12 Tempus utile ab inutili inseparabile dicitur, quando constituitur contrahentes ad minus tempus non esse contrahentes.
- 13 Locatio rerum Ecclesie in totum corrumpitur, si ultra triennium fiat, quando tunc datur unicum pretium, seu merces.
- 14 Alienare prohibetur si locet ad longum tempus, locatio in totum vitatur.
- 15 Tempus licitum ab illicito separari dicitur, si ex contractus appareat contrahentes etiam pro tempore licito contrahentes.
- 16 Declaratur Extrav. Ambrosio, ibi, nullius momenti, de rebus Ecclesie non alienari.
- 17 Locatio rerum Ecclesie si fiat ad duo triennia, eo adiecto pacto, ut post primum triennium incipiat secundum, omnino inualida est.
- 18 Triennium intra quod Ecclesiarum res possunt alienari, ad unum, vel duos annos per statuta Episcoporum limitari valet.
- 19 Fructus Ecclesiarum an ultra triennium, an intra modicum tempus, alienari possint, ostenditur, & numeratur.
- 20.
- 21 Laudatur Doctor Michael Soares Pereira in Regia Comimbrensi Academia iuris Pontificij meritis professor.
- 22 Ecclesie res inconsulto Romano Pont. in emphyteusim dari possunt in casibus a iure permissis, & de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim & cum evidenti Ecclesie utilitate.
- 23 Alienari possunt Ecclesiarum res causa necessitatis ipsarum Ecclesiarum, ut si debitum urgeat ab ipsis Ecclesijs contractum, vel causa pietatis, aut pro redemptione captivorum, aut alimonia pauperum, vel quando res essent inutiles, aut incommode ipsis Ecclesijs.
- 24 Ecclesiarum res ex causa maioris utilitatis alienari possunt.
- 25 Contractus si sint utiles Ecclesie, etiam si sunt sine solemnitate sunt validi.
- 26 Emphyteusis perpetua bonorum Ecclesie concedi potest de rebus incultis parum utilibus Ecclesie.
- 27 Contractus an videatur vitum sit utilis vel damno-

sus Ecclesie, inspicere debet tempus celebrationis ipsius contractus.

28 Emphyteusis fieri non potest de manso seu passalibus Ecclesie, nec præscriptio, aut præscriptus titulus admittitur.

29 Ecclesie res solita concedi in emphyteusim cum beneplacito Apostolico semel impetrato si ad Ecclesiam revertantur, possunt iterum emphyteuticari absque solemnitate requisita in alienatione rerum ecclesiasticarum.

30 Instrumentum de non alienando sine Papæ licentia non continet solita alienari.

31 Bona si sint solita venire in divisionem sufficit, ut in futurum etiam dividi debeant.

32 Res semel effecta alienabilis cum solemnitate, efficitur perpetuo alienabilis absque solemnitate, dummodo solitum non alteretur.

33 Res Ecclesie semel alienabilis si cessavit prima causa concessionis, iterum alienari non potest.

34 Prædicta Ecclesie evidens tempore ultimæ concessionis debet adesse in nova concessionem rei emphyteuticæ, & non sufficit adesse in antiqua.

35 Prædicta ponitur, quia utuntur Episcopi in præstando assensu super re solita alienari.

36 Solita concedi in emphyteusim, ut bona dicantur sufficit unica concessio, & esse elapsos quadraginta annos.

37 Res Ecclesie, quæ servando servari non potest inconsulto Romano Pontifice alienari permittitur.

38 Res Ecclesie, quæ servando servari non potest, dicitur mobilis, quæ non durat triennio, vel usu consumitur, & non fructificat.

39 Pretiosa res mobiles, cum immobilibus equiparentur, sine causa, & solemnitate alienari non possunt.

40 Pecunia regulariter est de rebus, quæ servando servari non possunt, quia recitata nihil operatur.

41 Pecunia, quæ est destinata ad emptionem stabilium, censuum, vel mobilium preciosorum commutatur inter immobilia, vel mobilia pretiosa, & tunc non potest alienari sine solemnitate.

42 Pecunia minoris comparandorum prædiorum causa destinata absque decreto alienari non potest.

43 Pecunia magna quantitas, quæ est in Ecclesie proprietate, non in fructu, absque assensu Apostolico alienari non potest.

44 Pecunia in banchis camporum posita censetur iure rerum immobilium.

45 Pecunia, quæ servatur pro aliqua futura necessitate, vel pro conservando magis patrimonio, aut pro locatione ad pompam, censetur iure rerum immobilium.

46 Reditus anni inter immobilia commutantur, & ideo sine causa alienari non possunt, idem de iuribus, & actionibus ad immobilia.

47 Pæne contra alienantes Ecclesie bona absque solemnitatibus requisitis quæ sunt in Extravag. Ambrosio de rebus Ecclesie, constituta, ostenditur.

48 Extravag. Ambrosio, de rebus Ecclesie non alienandis an fuerit ubique recepta, ostenditur, & numero.

49.

50 Ecclesie res immobilis parva cum consensu Episcopi absque solemnitatibus alienari potest.

51 Res exigui, seu modici valoris quæ dicantur, arbitrio iudicij relinquuntur.

52 Repudiare legatum, vel hereditatem, aut rem Ecclesie non incorporatam potest Prælati absque solemnitatibus.

53 Statutum in præiudicium Ecclesie valet in querendis, quando laici non odio Ecclesie, sed bono zelo faciunt.

54 Eccle-

54 Ecclesiarum res non solum acquisita, sed etiam acquirenda non possunt absque solemnitatibus alienari.

55 Permutatio inter Rectores Ecclesiarum de bonis ecclesiasticis licite fieri potest.

56 Assensus Apostolicus non requiritur in alienatione ab una Ecclesia alteri Ecclesiae facta.

57 Declarantur text. in capite caselas decim. quaestione secunda, & in capite sine exceptione duodecim. quaestione 2.

58 Ecclesiarum res sine solemnitatibus alienari possunt quando summa alienandi necessitas instaret, & Papa de facili adiri non posset.

59 Bona relicta, & donata Ecclesiae, quae est incapax retinendi etiam in communi, possunt alienari sine solemnitatibus, & pretium converti in Ecclesiae necessitatibus.

60 Regulares ipsorum bona alienare possunt ex pluribus privilegiis sibi concessis.

61 Ecclesiarum bona restitutioni subiecta absque solemnitatibus restitui non possunt.

62 Alienari possunt Ecclesiarum res post remunerationem meritorum.

63 Transactio potest absque solemnitatibus fieri super aliqua re Ecclesiae, cuius possessio non sit penes ipsam.

64 Caducitatis remissionem emphyteuta Ecclesiae potest solus Praelatus seu Rector absque solemnitatibus facere.

65 Emphyteuta exensatur a commissio si Praelatus etiam solus absque Capitulo recipiat pensiones post commissum decursus.

66 Ecclesiae res, quae inconsulto Romano Pontifice alienari non possunt, remissionem.

67 Bona mensa episcopalis sunt, quae principaliter ad illius sustentationem sunt deputata, & nullum alium Rectorem habent, praeter ipsum Episcopum.

68 Bona de mensa Ecclesiae dicuntur ea, quae perpetuo unita fuerunt Ecclesiae, atque ita, quae nunquam alteri ab Ecclesia post se questum dominium, concessa fuerunt.

69 Alienare, aut in perpetuam emphyteusim concedere non potest Praelatus ea, quae sunt de mensa Ecclesiae.

70 Capituli assensus ultra Apostolicum requiritur in alienatione bonorum mensa episcopalis separata a mensa Capitulari.

71 Assensus Apostolicus super alienatione rerum Ecclesiae de stylo Curiae Romanae quando concedatur, & quibus personis ostenditur.

72 Assensus Apostolicus ex lapsu triginta, vel quatuoraginta annorum cum possessione praesumitur.

73 Solemniter omnia intervenisse praesumuntur ex longissimo temporis cursu, nisi ex inspectione instrumenti appareat solemnitatem non interuenisse.

EPISCOPVS RERVM

Ecclesiae alienationem quibus casibus facere possit?

ALLEGATIO XCV.

DE bonorum ecclesiasticorum alienatione tractant Redoan. in specialit. tract. de rebus Ecclesiae non alienand. Perett. in commentar. ad Extravag. Ambrosio, illo titul. Nauar. de alienat. rerum Ecclesiastic. Villalob. tom. 1. communium opinion. libro 1. titulo 1. numero 35. cum sequentibus, pagina 149. vbi Bonacof. & Soar. a numero 51. Valdes. ad Xuar. parte 2. pagina 97. Menoch. de arbit. casu 172. Rebuff. in compendio alienat. Mascard. de probat. conclus. 75. Perez. l. 10. tit. 2. libro 1. Ordin. pagina 51. Quaranta in summa Bullarj, verbo alienatio rerum Ecclesiae, Azzi. institut. moral. part. 2. libro 9. capite 1. cum sequentibus. Camill. Borrell. in summa omnium decision. titulo 15. de rebus Ecclesiae non alienand. Aloys. Ricci. in praxi rerum fieri ecclesiastici decisione 1. cum multis sequentibus, in utraque, edit. Francisc. Leo in thesaur. fori ecclesiastici par. 1. capite 15. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. libro 30. tract. 3. numero 61. cum sequentibus. Volin. de potestate Episcopi capite decimoquarto, §. quart. cum sequentibus, Molin. de iustit. tract. 2. disputatione 465. Guier. de iurament. confirmat. par. prim. capite quinquagesimo secundo, & pract. lib. 1. quaest. ne 8.

2 Omnis alienandi modus, etiam in casu licito, & servatis iuris solemnitatibus inconsulto Romano Pontifice hodie regulariter prohibetur per Extravag. Ambrosio, de rebus Ecclesiae non alienand. exceptis tribus casibus in eadem Extravagant. expressis.

3 Primus est locationis, & conductionis infra triennium, cum res Ecclesiarum ultra triennium non possunt quoquo modo locari, aut alienari, Couar. variar. libro 2. capite 16. numero 4. Mascard. de probat. conclus. 603. numero 28. Henric. in summa libro 13. capite 40. §. 1. Auendan. de exequenda mand. part. 1. capite 4. numero 37. Perez. tit. 7. libro 5. Ordin. pag. 202. Volin. d. capite 14. §. septim. numero quinto, versiculo quarto. Azzi. institut. moral. par. 2. libro 7. capite 10. quaestione 3. Azzed. l. 33. titulo 3. libro 1. noua recopil. Cald. Pereira de resoluit. emphyt. capite 2. numero 28. plures refert Cened. ad Decretal. collect. 76. numero 1. Nisi in contrarium esset consuetudo Paris. consil. 98. lib. 4. Aloys. Ricci. in praxi fori ecclesiastici decis. 113. num. 5. in prima edit. & resoluit. 98. numero 5. in secunda edit.

4 Et huiusmodi triennium infra quod permittitur per d. Extravagant. Ecclesiarum res locari, est computandum ex tribus fructuum collectionibus, itaut si ex quolibet triennio vnus tantum fructus percipiat, tunc triennium pro vno anno computari debet, & locatio fieri potest vsque ad nouennium, ita Cou. d. c. 16. n. 8. Guier. canon. lib. 1. c. 8. n. 12. Azzi. d. p. 2. lib. 7. c. 10. q. 8. & li. 9. c. 2. q. 2. Card. Mantica de iacit. & ambig. conuentionibus tomo 1. lib. 5. tit. 3. n. 22. Quaranta d. verbo alienatio rerum Ecclesiae n. 18. Bald. Pereira d. c. 2. n. 31. Nauar. de alienat. rerum Ecclesiae numero 21. More. Anton. Genuens. in praxi Curiae

cc

Archiepisc. Neapol. cap. 60. numero 10.

5 Quæſtio eſt dubia an locatio facta ultra triennium in totum vitietur, aut quoad triennium ſuſtineatur: in qua Doctores varias proferunt ſententias, imprimis Bart. in *authent. qui rem*, numer. 7. & ibi *laſon*. numero 21. de *ſacroſanct. Eccleſie*. tenet hanc locationem in totum nullam eſſe, nec quoad triennium ſuſtineri, ſequuntur *Conar.* d. capite 16. numero 5. *Pinel.* in l. 1. p. 3. numer. 75. in *ſine*, C. de bonis matern. *ſalaſc.* de iure *emphyt.* quaſtione 29. numero 15. *Cardinal.* *Mantica* d. lib. 5. tit. 5. in princip. *Azgr.* d. p. 2. lib. 7. cap. 10. quaſtione 4. & lib. 9. capite 2. quaſtione 4. *Cald.* *Pereira* de reſolut. *emphyt.* capite 2. numer. 30. & de *empt. c.* 32. numero 32. *Stephan.* *Gratian.* diſceptat. *forenſ.* capit. 162. numero 22. *Camill.* *Borrell.* in ſum. omnium decif. tit. 16. numero 5. & tenuit *Rota* apud *Farinac.* decif. 30. p. 1. tomo 1.

6 Et hanc ſententiam primo probant ex d. *Extramag.* *Ambitioſa*, ibi, nullius omnino ſit roboris, & momenti; vbi dicto illa, omnino, indiſtincte omnes annos comprehendit, ac omni ex parte locationem annullat, iuxta notata per me in *Remiſſ.* de diſtionib. & clauſulis, diſtion. 206. Secundo ex *Clem.* 1. de rebus *Eccleſie* non alien.

7 vbi dicitur, quod nec recipienti ius aliquod acquiritur, quia quando negatiua adiungitur cum diſtione aliquid, etiam in qualibet minima parte verificatur *gloſ.* verbo, aut eorum, in *Clement.* 1. de ſoro competent. vbi *Cardin.* notat *Tiraquell.* in l. ſi vnam, verbo omnia, numero 5. & numero 14. & faciunt quæ adduco ego ipſe diſtion. 14. numero 6. Tertio adducitur text. in *authent. de non alien. §. emphyteuſim*, ibi neque quod ſit habere aliquod penitus robur ſimus. Tandem facit, quod in his, quæ pendunt à voluntate duorum, & agitur de obligatione contrahenda, ſi contractus non valet, vt ſit, nec valebit vt valere poteſt, notat *Bart.* communiter receptus in leg. prim. §. ſi quaſita, ff. de verborum obligat.

8 Contrariam opinionem, ſcilicet locationem rerum *Eccleſie* factam ad plures annos validam manere quoad dictum triennium, tenuit *Bal.* in *authent. ſi quas ruinas*, Cod. de *ſacroſanct. Eccleſie*. ſequuntur *Paul.* in *authent. qui rem*, C. eodem tit. numero 7. vbi *Deci.* numero 21. *Clar.* in §. *emphyteuſis*, quaſtione 6. & in §. *ſeudum*, quaſtione 13. & in §. *donatio*, quaſtione 17. numero 2. *Molina* de primogen. lib. 1. caput. 21. numero 28. verſ. contrarium, alter *Molina* de inſtituta, tract. 2. diſput. 467. colum. 2. *Rebello* de obligat. inſtit. part. 2. libr. 14. quaſtione 6. *Gama.* decif. 390. numero 3. *Cardin.* *Tuſc.* verbo locatio, conſuſ. 406. in principio, *Perez* l. 1. tit. 7. libro 5. *Ordin.* pagina 103. colum. 1. *Stephan.* *Quaranta* d. verbo alienatio rerum *Eccleſie*, n. 18. *Regolin.* d. cap. 14. §. 7. n. 5. verſ. 4.

9 Sic etiam *emphyteuſis* conceſſa in quartam, vel quintam generationem, quoad tertiam permiſſam valida eſt, *authent. de non alienandis*, §. quod autem, collat. 2. §. *Con.* dicto capite 16. numero 5. ad ſinem, *Molina* d. cap. 21. num. 34. *Gama.* decif. 72. numero 2. *Cald.* *Pereira* d. cap. 32. numero 33. & de nominat. quaſtione 19. numero 81. *Aloſy.* *Ricci.* in *praxi fori eccleſiaſt.* decif. 117. numero 2. in 1. editione, & reſolut. 102. numero 2. in 2. edit.

10 Sic etiam donatio facta abſque inſinuatione ultra quingentos aureos, in exceſſu ſolum vitietur, & firma remanet in ſumma à iure permiſſa, vt docet expreſſe text. in leg. *ſancimus*, in principio, verſicul. ſi quid autem, C. de donatio. *Ordin.* *Regia*

Luſitan. libro quarto, titulo 62. in principio, reſoluunt *Clar.* in §. *donatio*, quaſtione 17. numer. 2. *Molin.* dicto tractatu 2. diſputat. 278. in principio. *Aloſy.* *Ricci.* dicta reſolut. 102. numero tertio. *Ceuall.* commun. contra commun. quaſtione 222. numero tertio. *Rebell.* d. part. 2. libro 18. quaſtione 6. numero ſexto. *Cardin.* *Mantica* d. tit. 5. numero 23.

11 Ego vero prædictas opiniones inter ſe diſcordantes adhibita diſtinctione ad concordiam reducendas eſſe arbitror, & vt generaliter materia percipi poſſit, diſtinguendum eſt, quod aut tempus licitum in his contractibus ab illicito ſeparari non poteſt, aut poteſt: priori caſu dicendum eſt contractum, non ſolum pro tempore prohibito, ſed neque etiam pro tempore permiſſo valere, immo in totum vituari, & in hoc caſu procedit prior ſententia *Bart.* & ſequacium, de qua ſupra; Cum enim ratio totalis Doctorum, qui ſecundam opinionem ſunt ſequuti in eo conſtitat, quod in his contractibus poſſit vtile ab inutili ſeparari, cum tunc pars inutilis non tollat conſenſum à parte vtili, recte ſit, vt non procedat in his caſibus, quibus tempus vtile ab inutili ſeparari non poteſt, vt optime notat *Molin.* d. capite vigefimo primo, numero vigefimo octauo, verſicul. ut autem. Per contrarium vero quando tempus poteſt ab inutili ſeparari, cum tunc pars inutilis non tollat conſenſum à parte vtili recte ſit, vt contractus pro tempore permiſſo, & ita vtili ſuſtineatur, & ſolum vitietur reſpectu temporis prohibiti, & hic eſt poſterior caſus, ſecundum quem poteſt procedere opinio *Baldi*, & ſequacium, quos ſupra poſt ipſum citavi: regula enim vtile per inutile non vitietur, intelligitur in his quæ ſunt diuiſibilia, prout pluribus citatis Doctores habetur in libello de principijs vtriuſque iuris littera V. numero 78.

12 Dicitur autem tempus vtile ab inutili inſeparabile, quando conſiterit contrahentes ad minus tempus non eſſe contracturos, verbi gr. ſi alicui conſiderabiliter interſit contractum pro omni tempore, quod conuentum fuit, & non pro minori durare, quo caſu contractus indiuiduus, & inſeparabilis ex præſumpta partium voluntate cenſendus erit, reſoluunt *Felin.* in capite cum ſuper, colum. 2. de officio delegat. *Tiraquell.* de retract. lign. §. 13. *gloſ.* 1. numero 28. optime *Molina* d. numero 28. verſic. quid intelligendum.

13 Vade, quando pro multis annis datur vnicum pretium, ſeu merces locatio in totum corruit, nec intra tempus permiſſum valet, non quidem ex eo, quod vnica tantum ſentiat locatio, qua ratione mouetur *Conar.* dict. capite decimo ſexto, numero quinto, verſicul. eadem ratione, ſed ex eo, quia ex illa vnica pretij, ſeu mercedis aſſignatione pro omnibus annis ſatis videtur conſtare contrahentes pro pauciorib. annis non contracturos, *Molina* d. n. 28. verſ. ex quibus.

14 Hinc ſit, quod ſi prohibitus alienari locet ad longum tempus, verbi gratia, ad decennium, ad vitam, vel ſimiliter, talis locatio in totum vitietur, itaut nec pro tempore permiſſo, & ita infra decennium ſuſtingatur: ratio eſt, quia in hac ſpecie conſtat contrahentes ad minus tempus non eſſe contracturos, cum illorum multum interſit contractum decennale, vel ad vitam pro omni tempore durare, quia prædicta locatio alienationem vtilis domini inducit,

ut cum multis quos refert, & sequitur, resolu-
*Molin. d. cap. 21. num. 17. per text. ibi in l. 1. §. quid
 autem, ff. de superficiebus contra Canon. comment. libro
 7. capite 12. fol. 535. & Pinel. in l. 1. p. 3. numero 66. C.
 de bonis matern. ac subinde cum ex locatione ad mo-
 dicum tempus dentur multa incommoda partiū,
 quæ non dantur ex locatione ad longum tempus
 propter dictam vtilis dominij translationem, re-
 cte præsumitur, quod si partes, quibus aliàs in-
 terdicatur alienatio, locent ad longum tempus,
 non fuisse contracturos pro minori tempore, &
 ita in totum corruat locatio, ut eleganter circa
 locationem de rebus Ecclesiæ, seu maioratus fa-
 ctam ad longum tempus, ut in totum vitietur;
 prolequitur *Molina d. numero 28. versicul. illud tamen,
 facit ad hoc propositum text. opt. in l. cum eiusdem,
 34. versicul. interdictum, ff. Adil. editio; faciunt item
 quæ in simili Cabed. Insulan. decis. 84. numero septi-
 mo, & 5. part. 2. circa intellectum text. in capite
 Massana, 56. ibi. nullam, & c. de election. & in hunc
 sensum potest intelligi d. Clementin. 1. ibi, nec re-
 cipienti, & c. intelligendo verba illa, ad certum
 tempus, scilicet decem annorum ad minus, per
 quod spatium inducitur alienatio, quemadmo-
 dum per locationem ad vitam, de qua ibi fit
 mentio.**

15 Per contrarium vero dicitur tempus lici-
 tum ab illicito separabile, si ex coniecturis ap-
 pareat contrahentes etiam pro tempore licito
 contracturos, & non dari notabile illorum in-
 teresse, etiam si contractus non duret pro omni
 tempore. Hinc fit, quod locatio rerum Ecclesiæ
 facta ultra triennium sustineri debet intra tem-
 pus licitum, & ita vique ad triennium, quia non
 resultat considerabile interesse, ex eo quod loca-
 tio ad triennium solum, vel ultra valeat (dummodo
 tamen ad decennium fiat iuxta supradicta) cum
 sit eadem locationis species, ac subinde cum res-
 pectu temporis vtilis detur præsumptiue consen-
 sus partium, nil mirum si respectu ipsius locatio
 sustineatur, & solum vitietur respectu temporis
 prohibiti (quomodo autem hodie res Ecclesiæ
 locari possint, vide *Concil. Trid. sess. 25. de reform.
 cap. 11.*) & id ipsum dicendum est in emphyteusi
 concessa ultra tres generationes, ut scilicet valeat
 quo ad tempus à lege permissum, iuxta d. *auth.
 de non alien. in §. quod autem, in fine, & ita tenent
 Molin. d. numero 28. vers. in 2. specie, & vers. quid in-
 telligendum, Bald. in d. *auth. si quas ruinas, C. de sacros.
 Eccles. & ceteri omnes supra citati.**

16 Non obstat *tex. in d. Extravag. Ambitiosa*,
 ibi, nullius momenti, quia intelligitur respectu
 temporis illiciti, non vero liciti: leges enim ge-
 neraliter loquentes non censentur improbare id,
 quod aliis legibus erat permissum *l. sciendum 15. in
 princ. ff. qui satisd. cog. ita Molina ubi supra vers. cui
 opinioni, ubi eodem modo respondet ad d. *auth. de
 non alien. in §. emphyteusim, collat. 2. ibi, nec quod fit,
 & c. ut scilicet prædicta emphyteusim concessio
 non teneat respectu temporis illiciti; Quod si re-
 plicetur d. *text. in d. *auth. in vers. si vero quo mouetur
 Cou. ad contrariam sententiam amplectendam
 d. numero 5. vers. tandem ut libere, respondetur
 quod immo *tex. ille pro nostra opinione facit, cum
 enim ibi emphyteuta priuatur iure suo, scilicet
 emphyteusi pro tempore legitimo per viam
 pænæ ab ea lege appositæ, plane apparet de
 iure non ex eo esse nullam emphyteusim pro an-*****

nis præcedentibus, quod ultra tempus legitimum
 fuerit concessa, & ita non probat ille *tex.* prædi-
 ctam concessionem esse de iure in totum inuali-
 dam, ut *Cou. arbitrat.*

17 Quæres opportune si locatio in specie d. *Ex-
 travag. Ambitiosa*, fiat ad duo triennia, eo adiecto
 pacto, ut post primum incipiat secundum, an va-
 leat? *Bald. in cap. 1. §. si libellario, quibus modis feud.
 amit. & in l. voluntas, C. de fideicom. in ea fuit opi-
 nione, ut existimaret talem locationem validam
 esse, etiam quoad secundum triennium, vel ter-
 tium. Contrarium, imo talem locationem ultra
 triennium non tenere amplectuntur Lap. allegat.
 12. Alex. conf. 156. per totum libro secundo, & conf.
 104. numero sexto, & libro tertio. Ruin. conf. 57. num.
 13. libro primo, plures alij, quos refert, & sequitur
 Valas. de iure emphyt. q. 29. numero 15. eandem etiam
 amplectuntur plures quos refert, & sequitur *Cou.
 dict. capite 16. numero quarto. Molin. d. tract. 2. dispu-
 466. colum. fin. Azgri. dict. libro nono, capite 2. quæst.
 3. quæ opinio probatur ex dict. *auth. de non alienand.
 §. quod autem, prope fin. collation. secund.* ubi cum
 prohibitum esset concedi in emphyteusim rerum
 Ecclesiæ nisi in vitam accipientis, & duas alias
 vitas, siue generationes, dicitur nullum esse pa-
 ctum, quod quidam adijciebant, nempe quod
 finitis illis duabus alijs generationibus, teneren-
 tur Ecclesiæ ministri iterum concedere in emphy-
 teusim eandem rem sequenti successori, eumque
 præferrent ceteris, inquit *textus in hæc ver-
 ba, in hoc enim nihil aliud est quam per re-
 uolutionem & machinationem perpetuas eis
 emphyteusis, magis autem priuationes Eccle-
 siarum agi rerum, sed & si quid factum est talem
 nullam necessitatem esse Reuerendissimis Occo-
 nomis duobus heredibus cessantibus ceteris tra-
 dere. Quibus verbis satis ostenditur prædictum
 pactum esse reuolutionem, & machinationem à
 iure reprobata, quia in fraudem legis sunt, ob
 quam etiam rationem non valebit pactum, quo
 permittitur transacto priori triennio fieri reuo-
 lutionem in aliud triennium, ut per *Valas. & su-
 pra citatos doctores, & colligitur ex his quæ tra-
 dunt Diu. Barbosa in leg. si filiosamil. vigesim. sext.
 §. fin. numer. vigesimo sexto, ff. soluto matrim. Crot.
 in l. 1. §. sed si mihi Pamphilum numero decimo quinto, ff.
 verbor.****

18 Deinde si quæres an triennium de quo in *dict.
 Extravag. Ambitiosa* possit per statuta Episcopo-
 rum limitari ad vnum, vel duos annos? Affir-
 mativè respondebitur cum *Alexand. consil. 160. à
 numero sexto, vol. 6. Cardin. sibi contrario in capite vlt.
 numero secundo, ne pralati vires suas, & est de men-
 te Anchar. conf. 116. numero quinto. Nec obstat dict.
 Extravag. Ambitiosa, quia respondetur illam
 non iubere locationes fieri vique ad illud tempus,
 sed ne ultra fiant prohibet, & sicuti priuatus lo-
 cando ad vnum, vel duos annos contra præd.
 Extravag. nihil facit, sic Episcopus illud statuen-
 do arg. *glos. in rub. C. de decretis decuri. libro decimo,
 recepta ex Gom. l. 22. Tauri. numero vigesimo. Quo fit
 valida esse statuta, quibus ordinatur ne aliter lo-
 catio valeat quam si fuerit à Prælato confirmata,
 prout fertur servari in diocesi Bracharen. ex An-
 char. d. conf. 111. probat *l. as. in l. 1. §. fuit quæstium ff.
 ad Trebel.***

19 Dubium est in præsentī materia non contem-
 nendum an præd. Extravag. habeat locū in fructibus,

siue redditibus rerum ecclesiarum in quo vna sententia tenet, quod licet bona Ecclesiarum Archiepiscopalis, Cathedralis, vel Collegiatarum, aut cuiuscunque alterius Ecclesiarum inferioris post triennium locari non possint per Prælatos, siue eorundem beneficiatos, ut habetur in d. *Extravag. fructus* tamen ipsarum bene possunt etiam ultra triennium, intra tamen modicum tempus, per eoldem locari, ita quidam Senator Regius apud Gam. Lusitan. decis. 390. numero 4. Conar. dist. capit. 16. numero 6. ad fin. Auend. de exequenda mand. p. 1. capit. 4. numero 32. ad finem. Cardin. Mantica de tacitis & ambig. conuent. tom. 1. libro 5. titulo 3. numer. 21. Gregor. l. 9. verbo arrendar. titulo 7. part. 1. praxis Episcop. p. 1. verbo alienatio, §. 3. pagina 12. Cened. ad Decretal. collect. 76. numero 3. & collect. 102. numer. 3. & ad sextum collect. 32. numero 2. Pro qua opinione imprimis adducuntur verba d. *Extravag. ibi*, bonorum ecclesiasticorum, & ibi, Ecclesiarum euidentis utilitate; quæ verba videtur tantum comprehendere bona Ecclesiarum, non autem fructus beneficiorum; deinde pro eadem parte adduci possunt verba eiusdem *Extravag. ibi*, præterquam in casibus à iure permissis, tunc si attentio iure antiquo permissum erat fructus Ecclesiarum ad modicum tempus, & ita etiã post triennium, locare iuxta tex. in capite per vestras de locato, & quæ Abb. ibi numer. quarto. & Cardinal. in Clement. 1. §. fin. questione quarta de rebus Ecclesiarum non alienand. Deci. conf. 204. volum. 1.

20 Verum contrariam opinionem tenet Gam. d. decis. 390. numer. 6. & secundum eam magis communiter iudicari affirmat ibi, & decis. 156. numero secundo, neruose defendit Gutier. canon. libro prim. capit. octauo, numer. decimo quarto. Ex eo suadetur, quia d. *Extravag.* in præfatione agit de bonis immobilibus, & pretiosis mobilibus Deo dicatis, ex quibus Ecclesiarum monasteria, & pia loca reguntur, illustranturque, ac eorum ministri sibi alimoniam vendicant; deinde in decisione prohibet omnium rerum & bonorum ecclesiasticorum alienationem, locationem, & conductionem ultra triennium; quibus verbis non solum bona propria ipsarum Ecclesiarum, quarum fructus in utilitatem ipsarum conuertuntur ultra triennium prohibentur locari, sed etiam illa ex quibus Ecclesiarum ipsæ, & pia loca illustrantur, & earum ministri sibi alimoniam vendicant, & ita fructus beneficiorum videntur comprehendere, omnia enim bona illa sunt ecclesiastica: Vnde merito *Extravag.* vsa est prædictis verbis, omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum, ut vtrique bona comprehenderet. Deinde ex verbis d. *Extravag.* in 2. exceptione, quam facit, ibi, ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia, &c. manifeste videtur probari, quod si fructus, & bona ultra triennium seruari possunt, post triennium locari non valent, ut ita exceptio firmet regulam in contrarium, iuxta reg. l. nam. quod liquide, §. de penuleg. cum citatis in libello de principijs vtriusque iuris lit. C. numero quinto. Cum igitur fructus beneficiorum, qui post triennium nascantur, seruando seruari possint, quinimo cum tunc nulla detur temporis exigentia, ut alienentur, si quidem adhuc nati non sunt, manifeste ex præd. *Extravag.* concluditur fructus beneficiorum ultra triennium, nec alienari, nec locari posse. Cuius resolutionis illa vni-

ca potest assignari ratio, ut occurreretur facilitati clericorum, qui præsentem pro pluribus annis recipientes futuris fraudarentur alimentis, ad quæ sunt deputati redditus Ecclesiarum, capite secundo de præb. Et Ecclesiarum seruitia, in quo conditores totum acquirunt, & ipsi nihil percipiunt, negligerentur, iuxta caput si quis obiecerit 1. questione tertia, deinde cum in magnum successorum præiudicium redundarent huiusmodi locationes re-præsentata pecunia factæ, & ideo eas inualidas pronunciat quocunque indulto, vel privilegio non obstante Concil. Tridentin. sessione 25. de reformat. capite 11. & faciunt quæ ad illius intellectum adducunt Rebello de obligat. instit. p. 2. lib. 14. questione quinta, à numero quarto. Valeri. Reginald. in praxi fori poenitent. libro vigesimo quinto, capite quadragesimo tertio, numero 339. Marc. Anton. Genuesi. in practicabilib. ecclesiasticis. questione 166. praxis noui Episcop. part. 2. capite quarto, n. sexagesimo quinto, vers. locationes.

21 Hæc pluraque alia in hac materia accepi à sapientissimo Præceptore, Dominoque meo obseruandissimo generis nobilitate insigni Doctore Michaeli Soares Pereira in Regia Conimbricensi Academia Iuris Pontificij meritissimo professore, in titulo de locato, & conducto, quem publice, me tunc audiente, doctissime interpretatus fuit: qui in collegium sancti Petri eiusdem academiarum cooptatus, & in S. Sede Portugalesi Canonicus Doctoralis, ac de Sancto Fidei negotio optime meritis, inquisitorio munere functus, à Rege nostro Philippo Quarto ad Curiam missum spectamus, ut apud Summum Pontificem negotia ipsius tanquam Regis Lusitanie ageret.

22 Secundus casus ex tribus, quibus inconsulto Romano Pontifice res Ecclesiarum alienari permittuntur in d. *Extravag. Ambitiose*, est emphyteusis habens res conditiones, scilicet in casibus à iure permissis, & de bonis solitis ab antiquo dati in emphyteusim, & cum euidenti Ecclesiarum utilitate.

23 Casus hi à iure permissi quatuor sunt principales. Primus est causa necessitatis Ecclesiarum, ut si debitum urgeat ab ipsa Ecclesia contractum, authent. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles. Secundus est causa pietatis, gloss. in cap. 1. 12. quest. 2. Francisc. Leo in thesauro fori ecclesiastici par. 1. capite 15. numero nono. veluti pro redemptione captiuorum, §. sacra, institut. de rerum diuis. vel pro alimonia pauperum, ne fame, & frigore percant, l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles. capite aurum habet Ecclesia, 12. quest. 2. Tertius est causa incommoditatis, ut quando res est Ecclesiarum incommoda, de quo est text. in capite terrulas, 12. questione 2. Quartus, ut si res esset inutilis, tunc Prælatus illam alienare potest, capite sine exceptione, 11. questione secunda. capite non liceat, 12. questione secunda. d. capite terrulas, Clementin. 1. de rebus Ecclesiasticis non alienand. l. iubemus, C. de sacrosanct. Ecclesia. vbi si sumus in refectione domus, in qua maior sit impensa, quam utilitas Ecclesiarum, præstat quidè domum potius alienari, authent. si quas, C. illo tit. Sicut enim permittitur alienatio, ut res plus commodi tribuat. dicto capite sine exceptione, duodecimo, questione secunda. Sic permittitur alienatio, ubi plus expenditur pro reparatione, quam deducatur, leg. sed an vltro, §. prim. ff. de negot. gestis, quia res Ecclesiarum ex causa maioris utilitatis alienari possunt, si quippe Ecclesia ipsa recu-

per alteram rem meliorem capite ut super, 8. de rebus Eccles. non alien. *Pius. tom. 1. commun. opinion. titul. 1. numero 36. versic. nom. pagina 150.* Unde contractus si sint utiles Ecclesie, etiam si fiant sine solemnitate, sunt validi *Anton. Gabr. commun. titul. de rebus Ecclesie non alien. sub numero 17. Mascard. de probation. conclus. 75. Rebuff. in compend. alien. numero 34. Fr. Emman. questione Regul. tom. 1. questione 27. art. 9. Quaranta d. verbo alienatio rerum Ecclesie numero 34.*

26 Hinc emphyteusis perpetua bonorum Ecclesie concedi potest de rebus incultis, parum vitilibus Ecclesie; ut per *Gam. decisione 323. incip. monasterium, numero 1. Capic. decisio. 105. Petr. Rebuff. resp. 111. & 112. Cened. ad sextum. collect. 32. numero 4. Quaranta d. verbo alienatio rerum Ecclesie numero 41. Camill. Borrell. in summa omnium decisio. titul. 33. numero 128. Cald. Pereira de nominat. emphyt. questione 23. a numero 55. ubi numero 56. resoluit posse Prælatum si velit de iure communi emphyteusim perpetuam concedere, & n. 57. tenet, quod res sterilis pro hæredibus & successioribus concessa ad extraneos transit, & numero 59. quod perpetua concessio est obseruanda sine augmento pensionis, & numero 60. quod concessio temporalis rei sterilis finita debet reformari, etiam in fauorem extraneorum, de quo etiam idem *Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 12. n. 2.**

27 Et ut contractus videatur an sit utilis, vel damnosus Ecclesie inspicere debet tempus celebrationis ipsius contractus, *Rebuff. in compendio alienat. numero 73. in fine. Suid. de aliment. titul. 8. priuileg. 58. numero 78. & tit. 9. questione 11. numero 10. Marc. Anton. Genues. in praxi Curie Archiep. Neapol. cap. 89. numero 3.*

28 Aduertendum tamen est, quod de manso, seu passalibus Ecclesie emphyteusis fieri non potest, nec præscriptio, aut præsumptio titulus admittitur, ut optime resoluit *Cal. Pereira de renouat. emphyt. questione 15. numero 11. Menoch. de præsumpt. libro 3. quest. 108. numero 9. & faciunt quæ idem Menoch. conf. 143. numero 22. Mascard. de probat. conclus. 1371. n. 108.*

29 Res Ecclesie solita concedi in emphyteusim cum beneplacito Apostol. semel impetrato, si ad Ecclesiam reuertantur, possunt iterum emphyteuticari absque solemnitate requisita in alienatione rerum ecclesiasticarum, *Extr. ag. Ambrosius, ibi, ab antiquo concedi solitis, Menoch. de arbit. casu 81. a numero 5. & consil. 66. numero 31. & cons. 79. numero 1. cum sequentibus, & cons. 90. numero vigesimo secundo. Gam. decisione 24. & decisione 36. numero 6. & decis. 344. nu. quarto. Stephan. Quaranta in summa Bullar. verbo alienatio rerum Ecclesie, numero 39. & 40. praxi Episcop. p. 1. verbo alienatio rerum Ecclesie, §. 3. Aloys. Ricci. in praxi rerum fori ecclesiastic. decis. 125. in prima editione & resolutione 110. in secunda editione, Melchi. Phœbes Lusit. decis. 82. numero 34. tomo primo. Fgolin. d. §. 7. numero 5. versiculo quinto, Camill. Borrell. in summa omnium decisio. titul. 33. a numero 129. Cald. Pereira de renouat. emphyt. questione 16. numero 71. alios Doctores citat Cened. ad sextum collect. 32. numero tertio. Gonzal. ad regular. 8. Cancel. gloss. 6. numero 194. Rot. Bonon. decis. 13. numero 7. & 8. Cened. commun. contra communes tomo 4. questione 897. a numero 899.*

30 Unde iuramentum de non alienando sine Papæ licentia, non continet solum alienari, capit. ex

parte, de feudis *Gutier. de iuramento confirmat. par. 1. cap. 52. numero 4. Nauar. in tract. de alienat. rerum Ecclesie. n. 11. Cald. Pereira de renouat. emphyt. quest. 11. numero 30.*

31 Hinc etiam sufficit, quod bona sint solita venire in diuisionem, ut in futurum etiam diuidi debeant, *Balat. in repetit. capite §. 18. numero 37. Molina de primogen. lib. 2. c. 6. n. 26. Pelaez de maioratib. p. 4. q. 20. n. ult.*

32 Ecclesie res seu el effecta alienabilis cum solemnitate, efficitur perpetuo alienabilis absque solemnitate, *Alex. conf. 189. colum. 6. vol. 2. Francisc. Leo d. capite 15. numero 3. Gonzal. gloss. 6. numero 124. Dec. consil. 88. volum. 1. Cesar de Grassi. decis. 3. numero 14. de rebus Ecclesie non alien. Seraphim. Rota Romana decisio. 1490. Aloys. Ricci. in praxi rerum fori ecclesiastic. decisio. 26. in utraque edit. Rota in una Romana domus, 27. Novemb. 1588. coram Blanchetto, & iterum in una Imolen. bonorum, 21. May 1593. coram Pamphilio Dummodo solutum non alteretur, *Clar. in d. §. feudum, quest. 13. Rota in d. Imolen. bonorum, Marc. Anton. Genues. d. c. 60. numero 6. vers. sextus, Aloys. Ricci. dist. decis. 26. numero 2. Et dummodo solutum aliunde quam ex partium assertione probetur Rota in una Aversana tenimenti, 24. Novemb. 1581. coram Cantuccio, ut patet in decisione 160. numer. 4. part. 2. dist. vers.**

33 Si vero cessat prima causa concessionis, ut si fuit datum prædium sterile, ut ad culturam reduceretur, si illa res postea ad Ecclesiam reuertatur prima causa concessionis cessante, prædium deuolutum sine noua causa alienari non potest, *Abbat. in cap. ut super eo, numero 11. de rebus Ecclesie non alienand. Redoan. in q. 12. numero 57. & 58. Francisc. Leo d. capit. 15. numero 3. versicul. si vero, Marc. Anton. Genues. d. cap. 60. n. 6. vers. primus, praxi Episcop. d. c. 5. n. 32. vers. 2. §. ubi autem.*

34 Quia in noua concessionem rei emphyteuticæ debet adesse evidens Ecclesie utilitas tempore ultimæ concessionis, seu nouæ, & non sufficit adfuisse in antiqua, *Cesar. de Grassi. dec. 4. de locato, Al. Ricci. in d. praxi decis. 1. in utraque edition. & fuit dictum in causa nullius Castri, 9. Martij 1580. coram Brano, & Romana domus. 29. Nouemb. 1587. coram Blanchetto.*

35 In præstando assensu ab Episcopo super re solita alienari ita practicatur, primo datur memoriale, vel libellus, seu petitio Episcopo, quo petitur præstari ab ipso assensum; secundo Episcopus decernit capi informationem, qua capta, & viso quod tendit in euidentem Ecclesie utilitatem, interponit decretum, & præstat assensum, ita *Aloys. Ricci. in praxi rerum fori eccl. decis. 94. in 1. edit. & resol. 80. in 2. edit.*

36 Ut autem bona in emphyteusim concedi solita dicantur, sufficit vnica concessio, & esse elapsos quadraginta annos ex *Ias. conf. 155. colum. 2. lib. 2. Dec. consil. 142. numero quarto. Balb. de præscript. 1. par. quint. principalis questione vigesima. Assult. decis. 305. numero decimo. Clar. §. feudum, quest. 13. numero quarto. Ruin. conf. 35. numer. 30. lib. 1. Cephal. conf. 155. num. 30. libro secundo. Rebuff. de rebus Ecclesie non alienand. nu. 33. Gama decis. 342. nu. 4. Borrell. d. titul. 33. numero. 136. 1 emissive Cened. d. collect. 32. num. 3. & Quaranta dist. verbo alienatio rerum Ecclesiastic. num. 40. Aloys. Ricci. d. decisione 26. num. 3. Marc. Anton. Genues. d. cap. 60. numero 5. praxi noua Episcop. d. cap. 5. num. 32. vers. secundo.*

37 Tertius caſus ex tribus, quibus inconſulto Romano Pontifice res Eccleſiæ alienari permittuntur in d. *Extrauag. Ambitioſe*, eſt alienationis rerum, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.

38 Quæ autem ſint illæ vix ab aliquo recte definitur, poſſe autem definiri eſſe res mobiles, quæ non durant triennio, vel vſu conſumuntur, & non fructificant, arg. l. *quæ lex*, §. *ult. C. de adminiſtrat. tutorum*, & capit. *veſtra*, de locato, tenent *Nauar.* de alienat. rerum eccleſiaſt. numero quarto. *Rebuff.* in compendio alien. numero 25. *Redoan.* quaſtione 6. numero 29. *Quarant.* ubi ſupra numero 38. *Aloſy. Ricci.* in praxi fori eccleſiaſtici, deciſio. 62. in 1. editione & reſoluit. 59. in 2. editione, *Marc. Anton. Genueſ.* capit. 60. numero ſeptimo, ſurd. de aliment. tit. 8. prinil. 45. num. ult.

36 Pretioſæ tamen res mobiles, cum æquiparentur immobilibus, & pari paſſu ambulent in hac materia d. l. *quæ tntores*, l. *fancimus*, C. de ſacroſanct. Eccleſ. ſine cauſa, & ſolemnitate alienari non poſſunt ita *Quarant.* dicto verbo alienatio rerum Eccleſiæ, numero 24. ubi nomine bonorum mobilium pretioſorum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, intelliguntur vaſa aurea, argentea, veſtes pretioſæ, quæ longe ab interitu diſtant, & cōmode ſeruari poſſunt, gemmæ, & his ſimilia.

40 Pecunia licet regulariter ſit de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quia retenta nil operatur gloſ. l. 1. §. *quaſtum*: ff. ad Trebellian. capit. *efficiens*, diſtinction. 88. praxiſ noua Episcopalis. d. capit. 5. numero 32. verſicul. primo. *Aloſy. Ricci.* d. reſoluit. 59. numero 3. & reſoluit. 56. numero primo.

41 Tamen illa, quæ eſt deſtinata ad emptionem ſtabilium, cenſuum, vel mobilium pretioſorum, conſiderando pecuniam quoad fructuoſam conſeruatiōem, connumeratur inter immobilia, vel mobilia pretioſa, *Alexand. 1af. & Ripa* in dict. §. *quaſtum*, *Joſeph. Ludouic.* tom. 3. commun. opinion. conſul. vnic. de verborum ſignificatione, ampliati. 3. pagina 541. *Vui* tom. 2. commun. opinion. libro ſeptim. titul. 1. numero 278. verſicul. necnon pecuniæ deſtinatæ, *Cenall.* communium contra communes quaſtione 312. *Bernard. Greuz.* ad practicam *Camere Imperial.* libro ſecundo, conſul. 19. conſiderat. 2. *Cald.* *Pereira* de emption capit. 13. numero 32. praxiſ noua ubi proxime, contra *Menoch.* de præſumpt. libro 4. quaſtione 138. numero 3. *Pinel.* in l. 1. C. de bonis mat. par. 2. numero 42. *Theſaur.* *Pedam.* deciſione 160. numero 6. *Aloſy. Ricci.* d. reſolution. 59. in fine, *Marc. Anton. Genueſ.* d. capit. 60. numero nono. & ideo non poteſt alienari ſine ſolemnitate, & cauſa, *Quarant.* dicto verbo alienatio rerum eccleſ. numero 25.

42 Hinc pecuniam minoris comparandorum prædiorum cauſa deſtinatam, neutiſque abſque decreto alienari poſſe tenent *Joſeph. Ludic.* *Peruſ.* deciſ. 48. numer. 35. cum ſequentibus, *Simoncel.* de decretis, libro tertio, titul. 8. inſpect. 5. numero 122. verſicul. tertius caſus eſt, *Nicol. Reuſner.* libro ſecundo, deciſ. 13. ſub numero 22. *Menoch. conſ.* 114. numer. 32. *Ioan. Aquilin.* de monetis c. 6. c. 2.

43 Ita etiam magna quantitas pecuniæ, quæ eſt in Eccleſiæ proprietate, non in fructu abſque aſſenſu Apoſtol. alienari minime poteſt, vt fuit reſolutum in *Rota Romana* in una *Venetiarum* nullitatis contractus 13. Nouembriſ 1602. coram *Pamphilio*, ubi fuit quoque dictum hoc procedere, licet præſcripta pecunia veniret conuertenda in vtilitatem di-
ctæ Eccleſiæ, referunt *Aloſy. Ricci.* d. reſolut. 59.

numero tertio, *Marc. Anton. Genueſ.* in praxi *Archiepiſcop.* *Neapolitan.* capit. 75. aliàs 60. in annotat. numero 14.

44 Sic etiam pecunia in banchis camporum poſita cenſetur iure rerum immobilium, *Tiraquell.* de retract. lign. 1. §. gloſ. 7. numer. 114. *Joſeph. Ludouic.* conſul. 48. numero 42. *Baiard.* ad Clar. §. fin. quaſtione 78. numero 151. *Simoncel.* libro 3. capit. 8. ſub numero 118. *Rein. Budel.* de monetis lib. 1. capit. 25. numero 16. *Marc. Anton. Genueſ.* d. capit. 60. numer. 9. in fine, *Stephan. Gratian.* *Marchia* deciſ. 95. numero 90. licet contrarium tueantur *Martic. & Pinel.* quos refert, & ſequitur *Theſaur.* d. deciſ. 160. *Paul. Montan.* de tutel. c. 33. n. 180. *Aloſy. Ricci.* in praxi fori eccleſiaſt. deciſ. 70. in 1. edit. & reſol. 56. in 2. edit.

45 Idem iuris eſt de pecunia, quæ ſeruatur pro aliqua futura neceſſitate, vel pro conſeruando magis patrimonio, *lſi Caius*, §. 1. ff. de legat. 3. 1af. d. §. quaſtione, numer. 38. vel vt deſeruiet pro locacione ad pompam l. 3. in fine cum ſequenti; ff. commodati, *Quarant.* dict. verbo alienatio rerum Eccleſiaſt. num. 25.

46 Vnde etiam annui redditus, qui cum inter immobilia connumerentur, *Tiraq.* d. §. 1. gloſ. 6. numer. 4. *Menoch.* remedi. 1. recap. numero 45. *Martenſol.* 7. gloſ. 1. à numero 18. tit. 11. lib. 5. noua recopil. *Theſaur.* *Pedam.* deciſ. 160. *Boer.* deciſ. 209. *Coler.* *Germ.* deciſ. 59. *Solis* de cenſib. lib. 1. capit. 7. numero 2. & lib. 2. capit. 3. & num. 32. & tomo 2. lib. 1. cap. 1. numero 3. *Forinac.* *Rot.* deciſ. 86. num. 7. in nouiſ. *Aloſy. Ricci.* in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 44. in 1. edit. *Gaſp. Roderic.* de annuiſ redditibus lib. 1. quaſtione 3. numero 8. & q. 14. *Bernard. Greuz.* dict. conſul. 10. in principio, *Nicol. Garc.* de benefice. parte 2. c. 5. numer. 95. ideo alienari ſine cauſa non poſſunt *Rebuff.* in compend. alienat. numero 54. *Quarant.* ubi ſupra numero 26. *Aloſy. Ricci.* dict. deciſione 44. per totam. aliàs reſoluit. 40. Idem de iuribus, & actionibus ad immobilia tenent *Vui.* *Neapolitan.* deciſ. 138. à numero 46. *Matth. Coler.* de proceſſibus execut. par. 1. capit. 3. à numero 126. *Menoch.* conſil. 100. numero 41. & lib. 4. de præſumpt. quaſtione 142. à numero decimo ſexto. *Valſe.* conſ. 77. in princip. *Cald.* *Pereira* de reſolut. emphyt. capit. 12. numero 9. & 10. & de empt. capit. 13. num. 11.

47 Hi ſunt caſus, in quibus permittitur alienatio rerum eccleſiaſticarum per d. *Extrauagantem Ambitioſa*, ubi *Paulus II.* grauiffime, ſubque magnis pœnis ſtatuit diſiunctione contra eos, qui alienarent contra illam ſuam conſtitutionem, aut inconſulto Romano Pontifice, ſcilicet quod alienatio eſſet inualida, & accipiens eſſet excommunicatus, & alienans incurreret graues pœnas ibi contentas, & conſequenter ad eas incurrendas ſufficit, quod alienatio fieret contra tenorem illius Conſtitutionis, vel inconſulto Romano Pontifice, cum ad veritatem diſiunctiæ, ſiue alternatiuæ ſufficiat alteram partem eſſe veram regul. in alternatiu. de regulis iuris in 6. cui conſequens eſt, quod tam alienans inconſulto Romano Pontifice, quàm qui alienat contra præſcriptam conſtitutionem, peccat, & incurrit pœnas prædictas, ita *Nauar.* de alienat. rerum eccleſiaſticarum numero decimo tertio.

48 Quæſtio eſt controuerſa an prædicta *Extrauagan.* fuerit recepta necne? in qua *Bertachin.* in tract. de Episcopis quart. par. quarti libri quaſtione 36. numero decimo. teſtatur illam ubique eſſe receptam, ſilueſt. vero in ſmo. verbo alienatio, numero

decim. qu. int. fatetur non esse moribus vtemum receptam, idem affirmat in verbo excommunicationis, 7. numero 83. Sed Caietan. in summ. numero 75. de excomm. ad finem, inquit esse vbiq. receptam, & quod alicubi videtur recepta, non in totum, sed quoad aliquid, & ideo cautum debere esse Confessorem, vt sciat consuetudinem patriæ: quoad hoc sequitur Nau. in man. capit. vigesim. septim. numer. 150. addens quod idem per eandem rationem debet perpendere iudex fori exterioris, & quod credit nullibi esse omnino receptam, & quod in Lusitania non videtur recepta quoad locationem in solos tres annos, quia passim fiunt locationes in quatuor annos; & quod salmantica iam tulit sententiam, qua iudicauit nullam fuisse quandam locationem factam in plures, quam in tres annos, clericum autem, qui eam fecit, non debuisse iudicari excommunicatum iuxta capit. 1. ne Prælati vires suas, vnde inquit se credere in paucis locis esse receptam quoad pœnas extrinsecas, quamquam in multis sit recepta quoad dispositionem principalem, & pœnam intrinsicam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures, quam tres annos, idem testantur Sarm. de rebus Eccles. par. 1. cap. 2. numer. 20. Tolet. in summ. libr. quint. capit. 91. vers. tertio de hac Paulina. Quaranta d. verbo alienatio rerum ecclesiasticarum. numer. quadragesim. octau. Salzged. ad Bernard. in pract. capit. 71. alias 74. in nouiss. edit. vers. Circa quam Constituit. Cened. ad sextum, collect. trigessim. secund. numer. 1. Molina d. iustit. tract. 2. disp. 466. numero 10. Sayr. in claus. Regia libro tertio capit. quint. numer. 15. Rebello de obligat. iustit. p. 2. lib. 14. q. 5. Azor. d. p. 2. lib. 9. cap. 2. q. 1. vers. quod attinet.

49 Verum prædictam Extrauag. esse vfu receptam, & ita præsumi, attestantur Balb. decis. 91. quem refert & sequitur Aloys. Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1673. in principio, & in praxi rerum fori ecclesiastici decis. 95. in prima edit. & resolut. 81. in secunda edit. Henric. in summa libro decimo tertio capit. quinquagesim. sext. §. 3. littera T. Mari. Antonin. variarum resolut. libro primo resolut. 21. numer. 15. & resolut. 38. numero 10. & resolut. 50. numer. 28. quia, cum sit incerta in corpore iuris, ius commune facere dicitur Fab. decis. 262. numer. 6. part. 3. diuers. libr. 3. & ita in terminis fuit resolutum per eandem Rot. Roman. in vna Brixien. locationis, 5. Decembris 1594. coram Pegna, in qua fuit dictum Rotam non seruare decis. Mohedan. 8. de locato dicentem probandum esse vsum d. Extrauag. quod etiam tentum fuit in vna Meliten. Abbatis, 24. Ianuarij 1590. coram Orano, & in vna Landen. honorum 6. Ianuarij 1588. coram Gispio. Vnde receptam esse, & obseruari in ciuitate, & diocesi Neapolitana, attestatur Marc. Anton. Genuen. d. cap. 60. numer. 1. & in Hispania, asserit Melechi. Phæbos Lusit. decis. 82. numero decim. octau. quamuis Conar. d. capit. 16. numer. 6. asserat dubium esse apud Hispanos an prædicta Extrauag. sit in vfu, quia vidit eam adduci multoties in controuersiam. Quod quicquid sit, non nisi ex Pontificis conuincentia fieri certum est, cuius leges semel latæ priuata auctoritate præteriri non possunt. In nostro Lusitania Regno esse receptam, & secundum eam controuersias decidi, affirmant Gam. decis. 390. numero secund. Molina d. disp. 466. colum. 7. alias numer. 10. vbi addit se credere id verum esse quoad nullitatem contractus, non vero

quoad pœnas excommunicationis, & alias extrinsecas.

Vltra prædictos tres casus in d. Extrauag. Ambrosia expressos alij sunt, quibus eius dispositio non habet locum, ac in eis res Ecclesiæ alienari inconstituto Romano Pontifice possunt, quos percurrere mihi non inutile vltum est, & sunt qui sequuntur.

50 Quartus casus prædictis subsequens est rei immobilis parue, quæ potest alienari cum consensu Episcopi absque solemnitatibus, capit. terrulas, 12. question. 2. & tunc tria copulatiue requiruntur, vt res sit exigua, & modica: quod non sit Ecclesiæ utilis: & necessitas, Rebuff. in compend. alienat. numer. 122. Redoan. de rebus Ecclesiæ non alienat. questio. decim. tert. numer. 19. & quest. 51. capit. octau. & 20. numero sext. Hippol. conf. 103. numero vigesimo tertio & vigesim. quart. plures refero Doct. Aloys. Ricc. in praxi fori ecclesiastici. decis. 39. in 1. edit. & resolut. trigessim. sext. in 2. edit. & in praxi aurea resolut. 383. Gutier. conf. 15. numer. 7. cum sequentib. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo contractum, numer. 15. Seraphin. decis. 401. Mascard. de probation. conclus. 277. numer. 12. praxis Episcopalis par. 1. verbo alienatio pag. 13. Francisc. Leo in thesaur. fori ecclesiastici par. 1. cap. 15. numero sexto. Marc. Antoni. Genuen. dicto capit. 60. numer. 3. Bernard. Graue, in pract. Camera Imperial. libr. 2. conclus. 4. considerat. 1. praxis Episcopalis dict. capit. 5. numer. trigessim. secund. vers. ultra prædictos, Pölin. de potestate Episcopi, capit. decim. quart. §. 7. numero quarto. Quaranta d. verbo alienatio rerum ecclesiasticarum numero quadragesim. prim. vbi addit per Sacram Congregationem fuisse decisum neque Constitutionem Pauli 11. neque Concilij Tridentini decretum derogasse dispositioni d. cap. terrulas.

51 Et iudicis arbitrio esse remittendum, quæ dicantur terrulæ, & res exigui, seu modici valoris ex Quarant. Redoan. & aliis dicit Aloys. Ricc. d. resolut. trigessim. sext. in fine. Marc. Antoni. Genuen. vbi proxime, & praxis noua Episcopalis, vers. d. ultra præd. Et procedere etiam in locatione ultra triennium exigui valoris ex alijs refert Aloys. Ricc. in praxi fori ecclesiastici decis. 113. num. 5. in prima edit. & resolut. 98. num. 5. in secunda edit.

52 Quintus casus est repudiationis, seu remissionis legati, vel hereditatis, aut rei Ecclesiæ non incorporatæ; cum Prælatum, seu beneficiarium possit præiudicare Ecclesiæ in acquirendis Ias & Rpa in l. legatum, ff. de legatis 1. Rebuff. in compend. alienat. sub. numer. 30. Siluest. verbo alienatio, num. 18. Pute. decis. 519. libr. 2. Rimald. conf. 315. numer. 15. vol. 2. Rot. Roman. diuers. decis. 30. libro secundo par. 3. & decis. 223. numer. 6. & decis. 284. numero 9. par. 3. lib. 3. & propterea cum hæreditas delata, nondum tamen Ecclesiæ incorporata, dicatur ius querendum, ideo posse Prælatum absque assensu Apostol. repudiare tenet Aloys. Ricc. in praxi fori ecclesiastici, decis. 96. in 1. edit. & resolut. 82. in 2. edit. huic etiam adiungitur, quod repudiatio non est alienatio, l. alienationis, ff. de verborum significatione, quemadmodum non acquirendo non dicitur qui alienare in fraudem creditorum, l. qui autem, ff. de his quæ in fraudem cred. nisi legatum communiter seruiet Episcopo, & Capitulo, quia tunc Episcopus renuntiare illi non posset in præiudicium Capituli, Rebuff. num. 30. Quaranta num. 47.

Cc iij

praxis noua Episcopalis. num. 33. prope fin. dictis locis. Sic etiam valet statutum in præiudicium Ecclesiæ, quando laici non odio Ecclesiæ, sed bono zelo, & pro familiarium conseruatione faciunt Deci. in authent. cassu, numero septim. C. de sacrosanct. Eccles. Cur. sen. consil. vigesim. septim. numer. octau. Conar. in reg. possessor. par. 2. §. 4. numer. 9. vers. tertium, Mench. vsufrequent. capit. 9. Menoch. consil. 350. numer. sext. Cald. Perera de emptio. capit. octau. numero trigesimo tertio & trigesimo septimo & consil. 48. numero vigesim. secund. Cened. practice. & canon. quæst. trigesim. quint. numer. 19. & 20. secundum quod potest intelligi Ordin. Regia Lusitan. lib. 2. tit. 18. in princip.

54 Verum in puncto iuris defenderem alienationem rerum ecclesiasticarum, non solum acquisitarum, sed etiam acquirendarum prohiberi; ex eo quia huiusmodi res transeunt in Ecclesiam ipso iure, & possessio absque traditione in eam transfertur l. fin. C. de sacros. Eccles. tum quia illis cedere non potest Prælati, nisi prius saltem ordine intellectus intelligatur adijisse, & ita potius est in adquisito, quam in acquirendo, quare hanc opinionem tenent Molina d. tract. 2. disp. 468. num. 10. Quaranta d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ num. 23.

55 Sextus casus est permutationis inter Rectores Ecclesiarum de bonis ecclesiasticis, quæ licite fieri potest iuxta tex. expressum in cap. hoc ius pariter §. sibi inuicem 10. quæst. 2. cap. 1. de rebus Eccles. non alien. ca. ad questionem de rerum permut. & ideo auctoritate ordinaria possunt absque Sedis Apost. beneplacito, & consensu permutare, vt resoluit Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles. decis. 74. in 1. edit. & resolut. 60. in 2. edit. sic etiam assensum Apost. non requiri in alienatione ab vna Ecclesia facta tenent Trinisian. decis. 56. p. 2. Aloys. Ricc. d. praxi decis. 38. in 1. edit. & resolut. 35. in 2. edit.

56 Nec obstat tex. in cap. casellas 10. quæst. 2. & in cap. sine excepti. ne 12. quæst. 2. & in d. Extraneag. Ambrosia.

57 Quia procedunt tantum in permutationibus faciendis cum secularibus, ne bona Ecclesiæ profanis vñibus applicentur, & ita probat expresse tex. in d. Extraneag. Ambrosia, ibi profanis vñibus applicare, aut cum maximo illorum, aut diuini cultus detrimento exquisitis medijs vñsurpare præsumunt, quæ verba cum sint proœmialia causam finalem dispositionis indicant l. fin. & ibi Part. numer. 3. ff. de hered. instit. cum citatis in libello de principijs vñiusque iuris lit. P. num. quinquagesim. sext. & cum permutationibus, quæ inter Rectores Ecclesiæ fiunt non transferatur dominium ad profanos vñus, cessat causa prohibitionis; & cessante causa prohibitionis, cessat & prohibitio, iuxta reg. cap. cum cessante, de appellat. & quæ Tirag. in tract. cessante causa p. 1. limit. 23. num. 1. In praxi vero seruari contrarium, cum in permutatione quoque requiratur Apost. assensus dicit Aloys. Ricc. d. resolut. 60. in fine & d. resolut. 35. in fine.

58 Septimus casus est quando summa alienandi necessitas instaret, & Papa de facili adiri non posset, & esset periculum in mora, vt pro alimonia pauperum, urgente necessitate, pro redemptione captiuorum, cap. gloria Episcopi 12. quæst. 2. Abb. in cap. fin. numer. octau. de Eccles. adific. Rebuff. d.

compendio alienat. numer. 35. Redoan. quæstion. 13. numer. 13. cum sequentibus, & quæst. 9. numer. 51. & quæstion. 35. numero septimo, & 9. praxis noua Episcop. d. capit. 5. numer. 32. vers. esset item. Quaranta d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ, numero quadragesim. quart. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 14. §. 7. num. 5. vers. tertio.

59 Octauus casus est de bonis relictis, & donatis Ecclesiæ, quæ est incapax retinendi etiam in communi, vt sunt Fratres S. Francisci, & Capuccini, de quibus mentionem facit Concil. Tridentin. sess. 25. de Regularib. cap. 3. quæ quidem bona possunt alienari sine solemnitatibus, & pretium conuerti in Ecclesiæ necessitatem, Soccin. reg. 110. numero tertio, Deci. in cap. in presentia, numer. 69. de probat. Quaranta d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ, numer. 41. vers. sexto, praxis noua Episcop. d. capit. 5. numer. 33. in fine, vers. relictis, Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiæ, decis. 56. in 1. edit. & resolut. 53. in 2. edit. Ratio est quia bona ista non sunt Ecclesiæ incorporata, iuxta tex. in Clem. eximi, de verbor. signific. & in rebus Ecclesiæ nondum incorporatis non requiritur assensus in earum alienationibus Franch. in cap. 2. in fine, de rebus Eccles. non alien. in 6. Rebuff. in d. compend. alien. numer. 21. Roland. cons. 15. vol. 1. Limita in rebus pretiosis mobilibus, prout sunt vestes, Calices, & his similia, quia sunt Ecclesiæ incorporata P. Emman. s. d. verbo alienatio, in fine, Aloys. Ricc. d. resolut. 53. numero quinto.

60 Regulares ipsorum bona alienare possunt ex pluribus priuilegijs sibi concessis, quæ videntur posita apud Confect. in sua recollect. priuilegiorum Mendicantium, & specialiter Gregor. XIII. in sua constit. incip. Apostolica Sedes an. 1576. die 18. Decembris indulgit Patribus Societatis Iesu, vt bona locorum eiusdem Societati alienari possint arbitrio ipsorum Præpositi Generalis, nulla super hoc alia petita licentia à Sede Apost. vel à loci Ordinario, referunt Fr. Emman. in collect. priuileg. pag. 459. Aloys. Ricc. d. resolut. 13. num. 3. & 4. praxis noua Episcop. vbi proxime.

61 Nonus casus est vbi rem restitutioni subiectam restitueret, exempli gratia, testator reliquit sua bona Ecclesiæ hac adiecta conditione, vt post aliquod tempus alteri restitueret, eo tempore cælaplo sine alia necessitate restituere ipsa potest conditione adimpleta arg. l. 1. & 3. C. quando decr. opus non est, Quaranta d. verbo alienatio rerum ecclesiæ, numer. 45. limit. 16. Vgolin. d. cap. 14. §. 7. num. 5. in fine.

62 Decimus casus est pro remuneratione meritorum, quia ad hoc potest Prælati Ecclesiæ res alienare, glof. verbo de familia in cap. consensus 3. de rebus Ecclesiæ non alien. Tirag. in l. si vnquam, verbo donatione largitus num. 27. Magan. Florent. decis. 64. num. 41. late Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 15. a num. 12. vbi num. 13. declarat procedere quando donarentur mobilia, & num. 14. dummodo Prælati remunerationis metas, & limites non excederet.

63 Vndecimus casus est, vbi transactio fit super aliquare, cuius possessio non sit penes Ecclesiam Rebuff. d. compendio alienat. n. 21. Quaranta d. verbo alienatio rerum Eccles. n. 43. limit. 12. si tamen per transactionem Ecclesiæ rem relaxaret, in cuius possessione existeret, tunc requiruntur solemnitates, quia vera est alienatio. Quaranta vbi supra num. 20. Sessè Aragonia decis. 121. num. 12.

64. Duodecim casus est in remissione caducitatis emphyteutæ Ecclesiæ, quam potest solus Prælatus, seu Rector facere *l. ff. in l. legatum. numero 18. ff. de legatis 1. Quarant. dict. verbo alienationum Ecclesiæ num. 44. limit. 13. Clar. in §. emphyteusis quæst. 10. vers. sed nunquid Capic. decif. 18. numero 10. Regolin. dicto cap. 14. §. 7. numero 5. vers. quinto in fine.*

65. Et ideo emphyteuta excusatur à commissio, si Prælatus, etiam solus, absque Capitulo recipiat pensiones post commissum decursas, ad quod plures refert Doctores *Cened. ad Decretal. collect. 144. numero 77. quibus adde Burg. de Paz. conf. 44. numero 15. Menoch. de præsumpt. lib. 13. quæst. 112. num. 17. & conf. 79. numero 7. cum sequentibus. Gam. Lusitanica decif. 168. num. 4. Mascard. de probat. concl. 252. numero 11. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo vel adversarij dolo numero 82. Sanchez. de matrim. lib. 6. disp. 4. numero 13. Cardin. Mantie. de tacitis & ambiguis convent. lib. 22. tit. 33. à numero 13. Aloys. Ricci. in praxi fori eccles. decif. 135. in prima edit. & resolut. 118. in secunda edit. quamvis caducitatem à solo Prælato sine Capitulo non remitti asserat Bonacof. tom. 1. commun. opinion. libr. 1. titul. 2. numero 64. pag. 158.*

66. Pro regula in hac materia habebimus sine licentia Romani Pontificis Ecclesiæ bona alienari non posse exceptis casibus supra positis, & si edificare volueris casus, quibus Ecclesiæ res in consilio Romano Pont. alienari non possunt consule *Quarantam d. verbo. alienatio rerum ecclesiasticarum à numer. 15. & Aloys. Ricci. in d. prax. decif. 1. cum multis sequentibus, ac cæteros in principio huius Alleg. citatos.*

67. Bona mensæ Episcopalis sunt, quæ principaliter ad illius sustentationem sunt deputata, & nullum alium Rectorem habent, præterquam ipsum Episcopum *glos. verbo ad mensam, in Clem. 1. de excess. Præl. Innoc. cap. ut super, de rebus Eccles. non alien. vbi Ab. num. 9.*

68. Item etiam de mensa Ecclesiæ dicuntur ea bona quæ perpetuò vnita fuerunt Ecclesiæ, atque ita quæ nunquam alteri ab Ecclesiâ post à se quæritum dominium, concessa fuerunt, vel ei incorporata sunt, *Menoch. de arbit. casu 433. à num. 2. & conf. 79. num. 10. & 11. Et ea, quæ sunt de mensa Ecclesiæ Prælatus alienare non potest, Menoch. dicto casu 433. num. 1.*

69. Nec in emphyteusim perpetuam concedere *Menoch. d. consil. 79. à num. 1.*

70. In alienatione bonorum mensæ Episcopalis separatæ à mensa capitulari ultra Apostolicum assensum, requiritur Capituli assensus, per *glos. verbo defensore, in fine, in cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienan. libr. sext. vbi Geminian. numer. 7. & Franch. numer. 20. Aloys. Ricci. in praxi rerum fori ecclesiasticarum decif. 54. in 1. editione, & resolut. 51. in 2. editione, & fuit resolutum per Rot. Roman. in vna Auximiana benorum 1. Februarij 1581. coram Illustrissimo Seraphino, est inter eius decisiones decif. 443. libr. 1. vbi declaratur huiusmodi consensum magis solemnitatem, quam substantiam respicere.*

71. De stylo, & obsequiis Curie Romanæ concessio assensus Apostolic. super alienationibus rerum Ecclesiæ non indulgetur, nisi prævia delegatione Summi Pontificis in personam aliquorum in dignitate ecclesiastica constitutorum, qui videant an concessiones cedant in eiden-

tem Ecclesiæ utilitatem, & si ita apparuerit, illas confirmet, aliàs non, & viso quod tendunt in eundem Ecclesiæ utilitatem interponit decretum, & nomine Sedis Apostol. tanquam delegatus ab illa, præstat assensum, *Aloys. Ricci. in praxi rerum fori ecclesiasticarum decif. 94. in prima edit. & resolut. 80. in secunda edit.*

72. Quæritur modo an prædictus assensus A. post, ex temporis diuturnitate præsumatur? in qua quæstione illa receptor est sententia, quod ex lapsu triginta, vel quadraginta annorum cum possessione præsumatur, ut resolutum fuit in *Rota Roman. decif. 179. diuers. volum. 2. & decif. 237. libr. 2. & in vna Romana demus de tribus montibus, 29. Octobr. 1582. coram Illustriss. Aldobrand. in causa Messan. præminentiarum, 28. Junij 1582. coram Blanchetto, & in vna Romana Casalis, 7. Junij 1591. coram Gippio, quas refert Aloys. Ricci. dicta praxi decif. 32. in praxi decif. 32. in utraque editione. Quaranta dicto verbo alienatio rerum ecclesiasticarum numer. 46. & ibi in versic. hinc non immerito, dicit prædictum tempus triginta, vel quadraginta annorum non intelligi currere viuente illo Prælato, seu Rectore, qui fecit alienationem, immo neque post mortem illius, nisi data scientia, & patientia cuiuslibet Rectoris, seu Prælati successoris.*

73. Ratio principalis resolutionis illa est, quia ex longissimo temporis cursu omnia solemniter interuenisse præsumuntur *Mich. Grassi. tom. 1. commun. opinion. libr. 4. titul. 4. numero 348. pagina 511. surd. decif. 231. numero 19. Flores de Mena variat. libro tertio quæstion. 23. numer. 40. & 89. Auendan. ad l. quadragesim. secund. Tauri glos. 2. numero 7. Mench. illustr. capit. 63. numer. 1. Mascard. de probationibus, conclus. 75. numer. 14. & conclus. 1316. Gam. decif. 49. numer. 3. & decif. 83. numer. 2. & decif. 325. numero tertio. Brunor. à sole in locis commun. verbo solemnitas, 3. Nisi ex inspectione instrumenti appareat solemnitatem non interuenisse *Bellocomb. tom. 2. commun. libro septimo, titulo 14. numer. 229. Menoch. de præsumption. libr. 3. quæst. 132. numer. 79. Mascard. conclus. 1140. à numero 25. & conclus. 1316. à num. 33. Peregr. de iure fisci libr. 6. titul. 8. num. 25. Stephan. Gratian. disceptation. forensium cap. 268. num. 4. Valasc. consil. 162. numer. 20. Cald. Pereira de empt. cap. 35. num. 40.**

SYMMARIVM.

1. In Excommunicatione magna circumspectione utendum.
2. Excommunicationes diebus festis, exceptis insignioribus, non publicari possunt, & num. 43.
3. Excommunicationes pro rebus deperditis inueniendis à nemine concedi possunt, præterquam ab Episcopo.
4. Excommunicationum monitiones si denegat Episcopus, licet parti appellare ad Metropolitanum.
5. Appellari potest à commissis arbitrio iudicis, si partem ledit, aut grauatur.
6. Vicarius generalis Episcopi an possit dare excommunicationes pro rebus deperditis prætextu generalis commissionis, quæstio dubia resoluitur num. 7. & 8.
7. Vicarius foraneus excommunicationes pro rebus deperditis concedere non potest.